Addantur & expressa Testimonia, quæ affirmant, Diabolos abiectos esse in æternas pœnas Ut Matth: 25 Discedite a me male dicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & angelis eius. Et in Epistola Judæ, Vinculis æternis sub tenebris adseruauit.

Sœpius autem prophetæ & Apostoli loquentes de redemtione, utuntur pronomine ut Esaias cap 53. Posuit Dominus in eo, iniquitates omnium nostrum Et Paulus Rom: 4. Traditus est propter delicta nostra, & resuscitatus est propter iustitiam nostram. Item pro nobis omnibus tradidit eum.

Talia dicta etiam hoc docent, Redemtionem pertinere tantum ad genus humanum. Cœterum & hoc monendi sunt pij, cum talia dicta uniuersalia de genere humano audiunt, se quoque singuli in ea includant, & certò statuas te quoque simul comprehendi, et promissionem verè ad te quoque pertinere, Credo remissionem peccatorum non tantum alijs exhiberi, sed etiam mihi, Ut infra copiosius dicam.

Nunc igitur